nitam fuisse, licèt nesciatur à quo determinate, debent singuli pro proportione dubii damna illa compensare. Sic tenent Molina *disp.* 103. *num.* 3. Vasquez 1. 2. *disp.* 66. *cap.* 8. *num.* 47. Salas, Azorius, Castropalao, Villalobos, Turrianus, Martinez, Bardi, Ilsung, Bonacina,
8 Oviedo, Claudius la Croix, Mendo & alii. Et Mendo, Salas, Castropal. Diana, Oviedo, & alii dicunt, quod si unus ex adulteris sit nobilior aliis, & ditior, debeat plus contribuere, quam minus nobiles, & minus divites, quia ex se ditiores, & nobiliores debent filiis præstantiora alimenta suppeditare.

9 Adultera non tenetur cum periculo vitæ, & magnæ infamiæ manifestare prolem spuriam ad reparanda damna legitimorum, colligitur ex *cap.* Officii *de pœnitentiis, & remissionibus lib.* 5. *tit.* 38. ubi Innocentius III. consultus de quadam muliere, quæ partum sibi insigni artificio supposuerat, esset ne absolvenda, cum crimen suum timeret marito detegere, sic respondit: "Quoniam igi»tur postulas edoceri, utrum ei hac fraude durante sit »pœnitentia injungenda; respondemus, quod sicuti mu»lieri, quæ ignorante marito de adulterio prolem sus»cepit, quamvis id viro suo timeat confiteri, non est pœ»nitentia deneganda, ita nec illi debet pœnitentia de»negari;" ex qua pontificia responsione manifestè sequitur, quod non peccet non detegendo crimen, nam si peccaret non esset admittenda ad pœnitentiam. Et ratio est, quia plura contingerent damna in detectione proprii criminis ad excludendam prolem spuriam ab hæreditate, quàm in taciturnitate ejusdem cum præjudicio prolis legitimæ, cumque ex duobus malis majus sit evitandum, debebit uxor potius tacere, quam propalare delictum; antecedens est clarum, quia ut supponitur, in detectione adulterii adesset periculum propriæ vitæ, & magnæ suæ infamiæ, ultra scandalum mariti, & aliorum, & in taciturnitate esset solum jactura hæreditatis, quæ deberet dividi cum prole spuria; nemo autem tenetur indemnitati alterius consulere cum majori detrimento proprio in rebus superioris ordinis, vita autem est longe superioris ordinis, quam omnes res temporales, cum nullo pretio sit æstimabilis; Et de fama habetur Proverb. 22. 1. *Melius est bonum nomen, quam divitiæ multæ, & cap.* Deteriores 15. *caus.* 6. *quæst.* 1. de mente Anacleti Papæ habetur, quod majus malum sit ablatio famæ, quam bonorum temporalium: *Deteriores sunt, qui Doctorum vitam, moresque bonos corrumpunt, his qui substantias aliorum, prædiaque diripiunt.*

10 Confirmatur, quia dato etiam quod adultera detegeret suum adulterium, non propterea hoc redundaret in commodum, & utilitatem prolis legitimæ, vel aliorum, qui de jure deberent succedere, quia nec ipsa adultera esset credenda, cum ex regulis juris alleganti suam turpitudinem nulla debeatur fides, præsertim cum præjudicio alterius, ut in præsenti casu; eo vel maximè quod ingenium mulierum sæpe sæpius est alios præter modum
11 amare, & alios odisse. Nec proles spuria teneretur ei credere, ut fatentur omnes Canonistæ *in cap.* Per tuos 10. *de probationibus*; & Jurisperiti *in leg.* Si posthumus 14. *ff. de liber. & posthumis.* Ab omnibus receptum est, quod nequidem pro foro conscientiæ detur obligatio habendi fidem uni homini etiam omni exceptione majori, si ideo grave damnum esset subeundum, quia sic daretur occasio multis fraudibus, mendaciis, perjuriis, & injustiis, ut colligitur *ex cap.* Licet universis *cap.* Veniens, *cap.* Cum à nobis *de testibus, & attestationibus.* Tum quia cum ipse filius & sua, & publica opinione sit legitimus, non tenetur cum tanto suo incommodo se putare illegitimum, nisi convincatur, obstante præsumptione, quæ habetur ex matrimonio, quod natus sit ex nuptiis, ut dicit glossa in *cap.* Officii *de Pœnitentiis, & remissionibus, verb.* Deneganda; præcisis his verbis; *Ipsa non potest detegere suppositionem, quæ habetur ex matrimonio, quod filius natus sit ex nuptiis.* Cum igitur in ordine ad prolem legitimam illa detectio non possit prodesse, nulla adest ratio, cur debeat fieri, maximè cum periculo propriæ vitæ, & famæ: Sic docet Scotus *in* 4. *dist.* 10. *q.* 2. *sub fin.* S. Antonin. 2. *part. tit.* 2. *cap.* 7. §. 4. Covarrubias, Innoc. Panormitan. Cajetan. Medina, & alii satis communiter. ¶ Etsi adultera communiter non teneatur revelare filium spurium cum periculo vitæ, vel famæ; potest tamen esse casus, in quo teneatur, v. gr. quando hoc necessarium esset ad bonum commune, ut si spurius compelleret subditos à fide apostatare. Diana *p.* 2. *tract.* 2. *resol.* 33. Hanc obligationem tamen non esse justitiæ commutativæ, sed legalis, vel charitatis, qua bonum commune præferri debet bono proprio, ait M. Marcus Serra *in* 2. 2. D. Thom. *q.* 62. *art.* 6. Sed Hurtadus *de justit. d.* 11. *diff.* 20. existimat in tali casu, non solùm ratione charitatis, sed teneri ad id etiam ex Justitia commutativa. ¶

Adultera, quæ ad evitandam mortem, & magnam infamiam non tenetur manifestare suum adulterium, cum nihil sperat profuturum, tenetur tamen quantum in se procurare omni meliori modo, ut illatum damnum legitimis compensetur, v. gr. de ornatu corporis, & aliis sumptibus detrahendo, & si habeat bona paraphernalia, & alia, quæ ultra consueta obsequia debita marito, & familiæ suis viribus, & industriis potuit acquirere, plus proli legitimæ, quam spuriæ relinquendo. Et si talibus modis, vel aliis consimilibus damnum compensari non possit, tenetur proli spuriæ persuadere, si aliunde idonea sit, ut statum ecclesiasticum, vel religiosum amplectatur, vel vitam cœlibem ducat, ad sic quantum possibile est compensandum damnum illatum proli legitimæ; colligitur ex *cit. cap. Officii de pœnitentiis, & remissionibus,* & tenent Doctores communiter. 12 13

Parentes, qui sine debitis modis, & cautionibus liberos suos exponunt clam ad hospitalia, aut alia loca pia, graviter peccant, si possint aliter eis providere, *l.* Necare *ff. de liberis agnosc.* ubi dicitur: *Necare videtur non tam is, qui partum præfocat, sed & is, qui abjicit, & alimentum negat, & qui in publicis locis misericordiæ causa ædificatis exponit, quam ipse non habet. Vide tit.* 20. *p.* 4. *præcipuè leg. fin. cum tit.* 23. *lib.* 4. *For. Reg.*) Excusantur tamen à culpa, qui cum debitis cautionibus clam noctu eos exponunt ad hospitalia, ad evitandam infamiam, & tegendum delictum, seu quia nequeunt eos alere aliter. Sed si divites sint, tenentur restituere hospitali, seu loco pio, vel cuicumque alteri expensas in prolem suam factas; redditus enim illi relicti sunt, ut subveniatur pauperibus, adeoque injuste agunt illi, qui cum divites sint, & teneantur liberis suis alimenta subministrare, cogunt ad alendos illos ex pauperum bonis. Sic sentiunt omnes Doctores contra Henriquez, & paucos alios, qui putant hospitalia, & alia loca pia esse instituta, non solum, ut indigentiæ pauperum consulatur, sed etiam, ut vitentur pericula prolis, quæ non semel in flumen projiceretur, vel alio modo necaretur, nisi sic exponi, & nutriri posset ad evitandam infamiam; sed cum bona eorum pace, & venia, tenendum est cum communi, quod parentes divites sint obligati in conscientia restituere hospitali, seu alteri cuicumque expensas pro alenda sua prole factas cum dicamus, quod ad evitandam suam infamiam, & delictum occultandum possint parentes prolem spuriam hospitali exponere, dummodo expensas pro ea factas occulte compensent, & sic evitatur etiam prætensum periculum occisionis prolis. *Vide verb.* Parentes, ubi multa ad rem. *Adit. Auct. vide verb.* Imped. Matrim. *art.* 1. *n.* 109. 14 15 16

☞ De obligatione Genitorum alendi prolem adulteram, vidæ quæ dicemus *verb.* Alimenta. Videndum nunc, an facta tori separatione, propter uxoris adulterium, teneatur maritus uxori inopi alimenta præstare? Julius Clarus *lib.* 5. *Sentent.* §. Adulterium *n.* 17. eam fovet sententiam, quam communem appellat, teneri maritum alimenta præstare uxori adulteræ: nam licèt uxor sit adultera, non propterea desinit esse uxor, *cap.* 2. *de divort.* Contraria sententia obtinuit apud DD. Protestantes, quia somniant, ob adulterium conjugis matrimonium dissolvi, non solùm quoad torum, sed etiam quoad vinculum. *Vide* Voet. *Comment. in Dig. lib.* 25. *tit.* 3. *de agnoscend. & alend. liber. n.* 8. 17 18

Adultera quando teneatur manifestare prolem spuriam, ad reparanda damna legitimorum, latè agit Covarrubias *part.* 1. *in Relect. ad cap.* Peccatum *de reg. jur. in* 6. *n.* 4. & 8. 19

Lepida sanè est cautela, quæ refertur ab Alciato 20 li-

3. *de præsumpt. præs.* 37. & 39. *Parerg.* 12. cujusdam adulteræ, quæ cum plures liberos haberet, quorum unus esset ex adulterio conceptus, eis accersitis, ad mortem veniens dixit: *Filii mei unus vestrum est natus ex adulterio, & ideo bona mei mariti detinet indebite; ego vero priusquam ex hac vita migrem, nè moriar in hoc peccato, eum vobis nuncupare intendo, nisi vos invicem remiseritis omne jus, quòd habet alter adversus alterum.* Tunc filii, cum quilibet de se ipso dubitaret, mutuo seipso ab eo onere absolverunt, & liberarunt, jusque invicem sibi remiserunt. Ejusdem cautelæ obiter meminit Jo. Major. *in* 4. *dist.* 15. *quæst.* 17. quæ tamen improbatur à Covarrubias *dict. loc. n.* 8. ☜

(In majorem hujus doctrinæ claritatem, *Vide addit. hisp. verb.* Alimenta, Legitima & Parentes. Recognosce specialem *tit.* 23. *lib.* 4. *For. Reg.* ubi qui filium exponit, patriam quoad omnia amittit potestatem, si scienter effecerit: mortisque pœnam incurrit, exposito fame pereunte. Consonat. *lex.* 3. & 4. *tit.* 20. *p.* 4. Retineatur in mente *t.* 19. *ejusd. part.* ubi de necessitate filios alendi, eorumque educatione agitur; multum ad rem conducunt quæ *in titul. anteriori ejusd. part.* circa patriam potestatem decernuntur.)

ADVOCATUS.

ARTICULUS I.

Advocati officium quibus sit à lege prohibitum.

SUMMARIUM.

1 *Advocati officium exercère prohibentur Pagani, Hæretici, & Excommunicati.*

2 *Item Minores* 17. *annis, muti, cæci, omnino surdi, furiosi, & amentes perpetuo, servi, fœminæ, sodomitæ, damnati pœna capitali, vel calumnia publici Judicii, qui à Senatu amoti sunt, & omnes infames.*

3 *Item Judices, vel assessores non possunt in ea causa esse Advocati.*

4 *Item Clerici in Sacris constituti, aut beneficium ecclesiasticum habentes nequeunt in foro seculari Advocatum agere, nisi in causa propria, vel propriæ ecclesiæ, vel in causa consanguineorum intra quartum gradum; quando alium æque bonorum Advocatum illi habere non possunt, vel in causa personarum miserabilium.*

5 *Item Monachi, & Religiosi omnes, etiam Canonici Regulares, nisi pro utilitate sui monasterii, & accedente simul mandato proprii Prælati Regularis.*

6 *In foro autem ecclesiastico possunt Advocatum agere Clerici in Sacris, & Beneficiati, etiam pro Laicis.*

7 *Nullus autem Clericus potest contra ecclesiam, à qua beneficium obtinet, existere Advocatus, vel Procurator pro extraneis.*

8 *Additiones ex aliena manu*, ad num. 16.

17 *Inseritur novissima Addit.* ad num. 36.

Advocati officium exercère prohibentur Pagani, Hæretici, & Excommunicati, *cap.* 11. *quæst.* 1. *c.* Excommunicatus 1. *de Hæreticis*: *cap.* Nemo *de pœnitentia dist.* 1. *leg.* Nemo, *cod. de postulat.* Item Minores 17. annis, muti, cæci, omnino surdi, furiosi, & amentes perpetuo, servi, fœminæ, sodomitæ, damnati pœna capitali, vel calumnia publici Judicii, qui à Senatu amoti sunt, & omnes infames: *cap.* Infames 3. *q.* 7. circa initium, & *leg.* 1. §. 1. *ff. de Postulat.* (*L.* 4. *tit.* 9. *lib.* 1. *For. Reg. leg.* 2. 3. 4. & 5. *tit.* 6. *p.* 3. *leg.* 7. *tit.* 19. *lib.* 2. *Ord. Reg. leg.* 23. *tit.* 15. *ejusd. lib. leg.* 12. *tit.* 3. *lib.* 1. *ejusd. Ord.*) Item Judices vel Assessores non possunt in eadem causa esse Advocati *cap.* 1. & 2. *caus.* 4. *quæst.* 4. Item Clerici in sacris constituti, aut beneficium ecclesiasticum habentes, nequeunt in foro seculari Advocatum agere, nisi in causa propria, vel propriæ ecclesiæ, vel in causa etiam consanguineorum intra quartum gradum, quando alium æque bonum Advocatum illi habere non possunt, vel in causa personarum miserabilium, *c.* Clerici, & *c.* Cum Sacerdotis, *de Postulat.* ✿ Item Monachi, & Religiosi omnes, etiam Canonici Regulares, nisi pro utilitate sui monasterii, & accedente simul mandato proprii Prælati Regularis *lib.* 1. *decretal. tit.* 37. *cap.* 2. *de Postulando.* In foro autem ecclesiastico possunt Advocatum agere Clerici in Sacris, & Beneficia- 1 2 3 4 5 6

✿ Ad advocandi exercitium nemò admittitur, quin priùs gradu Baccalaurei, præviis requisitis præscriptis, inveniatur ornatus; (1) regni in legibus debet etiam esse instructus: (2) ad quam instructionem adquirendam per quatuor annos continuos ad studium Advocati oportet ventitare, (3) postèaque matritensis Advocatorum collegii examen per Alumnos pati, cujus censura, si favorabilis sit, examinandus veniet, & à supremo Castellæ Senatu approbandus. (4)

Antequam hoc munus in Curia, præsertim matritensi, exerceatur ab illo in dicto Advocatorum collegio debet esse cooptatus: ad cujus assecutionem, ejus cœtui, de vita, moribus, & natalibus præter alia, informationem, prout

(1) *Reg. Sched.* 24. *Jan.* 1770. *art.* 9. Para el grado de Bachiller en qualesquiera de las dos facultades de Canones, ó de Leyes, ha de preceder igual justificacion de haber estudiado á lo menos la dialectica en Universidad aprobada, y ganado quatro cursos en otros tantos años en la facultad de que solicita el Grado, y haber actuado en ellos por lo menos un acto público mayor, ó menor: el examen será tambien leyendo media hora con puntos de veinte y quatro á la Ley, ó Decretal, que elija entre los tres piques, satisfacer á los argumentos, que por espacio de un quarto de hora le pondrá cada uno de los Examinadores, y responder á las preguntas sueltas del tercero, que ha de ser Catedratico:::

(2) *L.* 4. *tit.* 1. *lib.* 2. Porque nuestra intencion, y voluntad es, que los Letrados en estos nuestros reynos sean principalmente instruidos, é informados de las dichas leyes de nuestros reynos, pues por ellas, y no por otras han de juzgar ::: por ende por la presente ordenamos, y mandamos, que todos los Letrados, que son, ó fueren ansi de nuestro Consejo, ó Oidores de las nuestras Audiencias, y Alcaldes de la nuestra Casa, y Corte, y Chancillerias, que tienen, ó tuvieren otro qualquier oficio, ó cargo de administracion de justicia, ansi en lo Realengo, como en lo Abadengo::: no puedan usar los dichos cargos de justicia, ni tenerlos, sin que primeramente hayan pasado ordinariamente las dichas leyes de Ordenamientos, y Pragmaticas, y Partidas, y Fuero Real.

(3) *Auct. Ac.* 23. *tit.* 2. *lib.* 3. *dub.* 1. *ibi*: Y para enmendar este daño, parece seria conveniente, que Yo mande, que qualquiera, que hubiere de abogar en aquella ciudad, y reyno, despues del Grado de Bachiller en Universidad aprobada, y haber practicado quatro años, sea examinado por la Audiencia, segun, y en la forma, que se estila en los tribunales de España. *Resolut.* Sobre esta duda, he resuelto se practique lo que me propone la Audiencia, con prevencion de que los quatro años hayan de ser de pasantía en Casa, y Estudio de Abogado aprobado.

(4) *L.* 1. *tit.* 16. *lib.* 2. *ibi*: Mandamos, que agora, y de aqui adelante, ninguno sea, ni pueda ser Abogado en el nuestro Consejo, ni en la nuestra Corte, ni Chancillería, ni ante las Justicias de nuestros reynos, sin que primeramente sea examinado, y aprobado por los del nuestro Consejo, y Oidores de las nuestras Audiencias::: *Auct. Ac.* 5. *ejusdem. ibi*: Y los que de aqui adelante trataren en querer abogar, antes que lo comiencen á usar, se examinen en el Consejo:::

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.N.L.

ciati, etiam pro Laicis, ut colligitur ex *cap.* Per venerabilem, *qui filii sint legitim.* & cum aliis tenet Fagnan.
7 *in cap.* 1. *n.* 7. *tit.* 7. *de Postuland.* Nullus autem Clericus potest contra ecclesiam, à qua beneficium obtinet, existere Advocatus, vel Procurator pro extraneis, *cap.* Ultimo §. Clericus, *de Postulando.*

8 ☞ Præter illos, qui ab Auctore recensentur, sunt & alii, qui Advocatum agere prohibentur, vel canonicis sanctionibus, vel lege civili, vel sententia Judicis, (*L.* 7. 9. 12. & 14. *tit.* 6. *part.* 3. usque ad pœnam mortis si prævaricator extiterit per *leg.* 15. *ejusd. leg.* 13. & 17. *tit.* 16. *lib.* 2. *Recopil. Castel.*) vel reverentiæ, constientiæve causa. Consule Gonzalez *ad lib.* 1. *decretal. tit.* 37. *de postul. ad cap.* 3. *num.* 6. Bohemerum *ad d. tit. decretal.* Gothofredum *in Comment. ad cod. Theod. lib.* 2. *tit.* 10. *l.* 1. & 2. Voet. *Comment. in* Pand. *lib.* 3. *tit.* 1. *de postul.* Noodt *in dictum tit. ff. & DD. ibidem, & ad tit. cod. de postul.* Strikium *diss. jur. tom.* 2. *disp.* 2. *membr.* 6. *n.* 2. & *seqq.* & 13. *per tot.* Rosbach. *proceis. civil.* 18. *n.* 4. Hilligerum *in* Donell. *enucl. lib.* 18. *c.* 3. *ll.*

9 Advocati, qui postulare prohibentur ob bonum publicum, nec etiam litigatorum consensu postulare possunt, *l.* 7. *ff. de postul.* Perezius *ad tit. de postul.* Gonzalez *ad lib.* 1. *Decret. tit.* 37. *cap.* 3. *n.* 6. *in fine.*

10 Is, cui uno in loco Judicis unius decreto advocationis munus interdictum sit, alio in loco, & coram alio Judice non prohibetur, nisi concurrat infamiæ nota, quæ eum comitatur, *l.* Ex ea causa 9. *ff. de postul. arg. l.* Relegatorum §. Interdicere 10. *ff. de interdict. & relegat.* (*Leg.* 12. *tit.* 6. *p.* 3. *leg.* 14. *tit.* 19. *lib.* 2. *Ord.*
11 *Reg.*) Si is, qui prohibetur, postulaverit, pœna pecuniaria extra ordinem coercetur, *l.* 1. §. Removet 6. *ff. de*
12 *postul.* (*Leg. proximè citata* 17. *Recop.*) Clerici, qui contra ecclesiam, à qua beneficium tenent, postulaverint, tamquam ingrati, ipso facto censentur privati beneficio, ut post alios tenet Fagnanus *ad cap.* Cum Sacerdo-
13 tis *de postul. num.* 14. quod ex moribus Feudorum ductum videtur, quorum naturam habent beneficia ecclesiastica, Bohemerus *ad lib. Decretal. cit.* 37. §. 10.

14 Num verò Clericus contra ecclesiam advocare prohibitus, nihilominus causæ litigatorum consiliis & scriptis inservire poterit? Extra judicium ei permissum censet Pignatellus *tom.* 4. *consul.* 191. *num.* 3. nam pœnæ strictissime sunt accipiendæ, *c.* Pœnæ *d.* 1. Wusemb. *in*
15 *Paratitl. ff. tit. de post. n.* 5. In judicio non item: *Perindè enim est*, sunt verba Pignatell. loco mox citato, *scriptis an absque scriptis aliquis in judicio advocet*; Ummius *in disput.* 2. *ad process. Jud. thes.* 5. *n.* 26.

16 De Advocatis ecclesiarum, qui antiquitus frequentes erant, vide Du Fresne & du Cange *in gloss. ad script. med. & infim. latin. verb.* Advocati, & Thomassinum *de vet. & nov. eccles. disciph. p.* 3. *lib.* 2. *cap.* 55. ☞

27 *** Advocati variis nominibus designantur; dicuntur enim Cognitores, Oratores, Patroni, Causidici, Togati; Vide Gothofredum *in Paratitl. ad lit. cod. Theod. de postulando* & Gibalinum 2. *de negot. lib.* 6. *cap.* 3. *art.* 9. *n.* 11. (*L.* 1. & 3. *tit.* 9. *l.* 1. *For. Reg. In proœmio & l.* 1. *tit.* 6. *p.* 3. *leg.* 1. *tit.* 16. *lib.* 2. *Recop. ejusd.*)

Advocati vocantur ex eo quod in consilium advo- 18
centur, ut Asconius Pedianus Ciceronis interpres notavit ad ipsum *de Divinat.*

Advocati munus obire possunt omnes qui nominatim 19
non reperiuntur prohibiti.

Prohibentur autem quidam lege civili, quidam constitutione canonica, alii autem sententia judicis.

Lege civili prohibentur munus Advocati obire Hæretici.

Item minores decem & septem annis, quia in his ad- 20
huc infirmum judicium esse deprehenditur.

Tertiò fœminæ propter sexum, nec etiam pro liberis; 21
hoc namque officium omnino virile est.

Ob casum prohibentur etiam cæci, & aliqua insigni 22
turpitudine deformati, ut muliebria passi, judicio damnati, & qui operas locarunt ut cum bestiis pugnarent; nisi tamen pro pupillis aut minoribus, ut eorum tutores & curatores postulent; quia tunc officii necessitas eos à pœna excusat. (*L. sup. cit. ad n.* 1. 2. & 3. *l.* 4. *tit.* 6. *p.* 3.)

Etiam lege civili prohibentur pro aliis postulare qui
judices, arbitrivi in causa sunt. Item decuriones contra 23
patriam; vassallus contra dominum; sicuti etiam pater, 24
filius, fraterve in ea causa, quæ agitatur coram eo; quæ 25
prohibitiones cum publicam auctoritatem respiciant, ut 26
sic magistratus dignitas conservetur, non possunt litigatorum conventione unquam mutari. (*L.* 2. *tit.* 18. *l.* 15. *tit.* 19. *lib.* 2. *Ord. Reg. leg.* 30. *tit.* 16. *lib.* 2. *Recop. Cast. vide regiam Schedul.* 10 *Mart. ann.* 1778. *in add. hispan. verb.* Venditio, ubi signatur casus, in quo cuilibet è populo actio competit, per consequens vassallus contra dominum. Hodiè in hispania sicut dominatus qualitas, Actoris dummodo intersit, non præstat ad agendum impedimentum, ita decurionatus. *Vide verb.* Accusare, & Actor.)

Constitutionibus ecclesiasticis postulare prohibentur 27
judices Ordinarii in suis territoriis; ut notatur *in c. un. de offic. Advocat.*

Secundò Monachi, ex decreto Xiphilini quod extat 28
apud Edmundum Bonfidium *lib.* 2. *jur. Oriental.* quod intelligendum est nisi necessitate ecclesiæ suggerente, & simul Abbatis jussu intercedente; quæ duæ conditiones requiruntur ut licitum sit quandoque Monachis advocationis officium suscipere. Videatur Canon Concilii Tarraconensis citatus ab Innocentio III. *in cap.* 2.

Deinde ecclesiasticis legibus arcentur ab advocatio- 29
nis munere Clerici, tam in majoribus, quam in minoribus ordinibus constituti; cujus tamen prohibitionis non una est exceptio, ut *in c.* 1. & *ult. De postuland.* notatur.

Verum licèt Clericis postulare inhibeatur pro aliis co- 30
ram judice seculari, posse eos tamen coram Ecclesiastico Ju-

prout requirunt statuta, debet præsentare, ab istoque approbari; (1) sine qua præcisa circumstantia, nulli causæ patrocinari potest. (2) His animadversis, erga Advocatiæ exercitium juxta ab Auctore proposita, nonnullum remanet dubium: varii casus, in quibus discrimen notatur, nihilominus inveniuntur, quippè præter enumeratas personas, *n.* 4. in cujus favorem Clerici advocare possunt, edentes, & bibentes, vulgò *Paniaguados* (3) assignantur, & pro iis, sicuti pro ceteris ibidem nominatis bene valent, merito nullo facto, quod alius æquè idoneus non reperiatur; nam ubi lex non distinguit, nec est distinguendum.

(1) *Auct. Ac.* 12. *ejusdem.* Confirmamos, y aprobamos los estatutos formados por el Colegio, y Congregacion de Abogados de esta nuestra Corte para su régimen, y gobierno: y su contenido sea guardado, y cumplido, y observado inviolablemente, con tal, que el informe secreto que por el *cap.* 19. se previene, que antes de nombrar informantes reciba el Decano, para que con mayor certeza conste la calidad del pretendiente, le pida tambien á la Justicia del lugar, donde fuere natural:::

(2) *Auct.* 14. *ejusdem.* Cada uno de los Individuos del Colegio en lugar del estatuto 24. reconozca, si en los pleytos, que despachare, se halla algun pedimento firmado de Abogado, no comprehendido en la lista, que anualmente se reparte: y habiendole, tenga obligacion de dar cuenta al Secretario del Colegio::: para la execucion de las penas impuestas á los Contraventores.

(3) *L.* 15. *ejusdem.* Mandamos, que ningunos Religiosos, ni Clerigos de Orden Sacro, ó que sean ordenados de Epistola, ó Beneficiados de Iglesias, no sean Abogados ante Jueces algunos seglares, ni sean rescebidos sus escritos, ni peticiones, salvo::: por su *paniaguado*::: *Leg.* 1. *tit.* 12. *lib.* 1. *Ind.* Mandamos, que en las provincias de nuestras Indias ningun Clerigo pueda ser, ni sea Alcalde, *Abogado*, ni Escribano: y permitimos, que los Clerigos puedan defender sus mismos pleytos ante nuestras Justicias Reales, ó los de las Iglesias donde fueren Beneficiados, ó de sus Vasallos, ó paniaguados:::

Judice etiam super seculari negotio advocatorum officium obire communiter tradunt Abbas, Martha, Velascus, & Barbosa.

31 Casus, quibus Clerici etiam coram judice seculari postulare possunt, sunt sequentes. Primus est quoties in causa propria aut ecclesiæ suæ, miserabiliumque personarum patrocinium præstant, ut docet Majolus, Salcedo,
32 Barbosa, Garzias & alii plurimi. Secundus casus est, cum patrocinantur pro conjunctis personis, vel ratione sanguinis, vel spirituali cognatione, vel pro Canonicis suis, ut
33 tenent Barbosa & Garzias prædicti. Tertius, dum non coram judice seculari pro tribunali sedente, sed domi suæ conficiendo juris allegationes, alicui ex partibus patrocinantur, ut resolvit Thomas Sanchez *lib.* 6. *Summ. cap.* 3.
34 *n.* 32. His casibus alium adjungunt Barbosa & Fragosus, dum Clerici in uno negotio patrocinium præstant, & eo negotio finito, in alio; quia Clericis prohibitum est non
35 uni, sed pluribus negotiis secularibus se immiscere. Illud etiam apud omnes liquet, Clericos etiam in minoribus ordinibus constitutos, beneficia non habentes, posse etiam coram judice seculari postulare, ut sic propriæ necessitati consulant.

36 Circa Clericos verò in minoribus ordinibus constitutos, licet primis ecclesiæ temporibus nulla prohibitio in eis postulandi reperiatur; immò dum *Can.* 6. & 83. Apostolorum, & in aliis ecclesiæ sanctionibus à Gratiano compilatis in *dist.* 88. prohibetur Clericis negotiis secularibus se immiscere, specialiter caveatur de Presbyteris & Diaconis, ad ceteros verò inferioribus gradibus initiatos non protrahebatur; tamen à temporibus Concilii Constantinop. idem de Sacerdotibus ac de Clericis in minoribus constitutis ordinibus statum fuit. *Videatur canon II. ejusdem Concilii*; cui accedit decisio Alexandri III., ex qua deducitur hujusmodi prohibitionem coram judice seculari procedere dummodò Clerici minores ecclesiæ stipendiis sustententur, ut pluribus relatis resolvisse videtur Vela *Dissert.* 43. *num.* 29. (*Vid. add. hisp. sup. prox.*)

ARTICULUS II.

Advocatus quid in exercitio sui officii licitè possit, vel non.

SUMMARIUM.

1 *Advocatus non potest suscipere patrocinium causæ, quam cognoscit esse injustam.*
2 *Et si eam suscipit, graviter peccat, & tenetur ad restitutionem pecuniæ acceptæ à suo cliente, & damni contra justitiam causati parti adversæ.*
3 *Si autem causa Clientis à principio videbatur Advocato justa, vel saltem probabilis, aut dubia, & in progressu cognoscat esse injustam, tenetur statim eam deserere, & Clientem suum inducere ut à lite desistat, aut cum parte adversa componat, absque tamen ejus damno.*
4 *Aliter peccaret, & ad restitutionem teneretur.*
5 *Advocatus, qui propter negligentiam, suam ignorantiam, vel imprudentiam, causam à se susceptam male defendit, tenetur etiam ad restitutionem.*
6 *Ipse Advocatus mortaliter peccat, si cum non sit idoneus, officium Advocati exercet.*
7 *Sicuti etiam mortaliter peccat, & ad restitutionem tenetur, si causam sui Clientis pro viribus non defendat, & omittat negligenter, aut malitiose adducere Jura, & fundamenta ad causam facientia, & necessaria.*
8 *Advocatus, qui contra debitam fidelitatem detegit adversario secreta, & fundamenta causæ sui Clientis, peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem, si propter hoc Cliens perdidit causam, quam sine tali detectione fuisset victurus.*
9 *Immò Advocatus aperiens adversario secretas scripturas, & alia secreta sui Clientis, dicitur falsarius.*
10 *Sic graviter peccat Advocatus utrique parti simul, & semel inserviens.*
11 *Immò talis Advocatus haberetur ut prævaricator.*
12 *Peccat etiam si in eadem causa velit esse Advocatus, & Judex.*
13 *Item peccat graviter Advocatus adducens scienter falsas leges, vel abrogatas, vel bonas malitiose in falsos sensus detorquens, falsas scripturas, aut falsos testes producens; immò scienter utens falsis pro veris, falsi crimen incurrit.*
14 *Item peccat Advocatus plures causas accipiens, quàm supra vires expedire possit, nisi Clientes de hoc monitti, attenta eximia Advocati peritia, sint contenti.*
15 *Advocatus graviter peccat, & ad restitutionem tenetur, si cum præjudicio Clientum, causarum expeditiones notabiliter ipsis invitis differat, vel falsis cavillationibus innixus quærat superfluas, & non necessarias dilationes in gravamen partis.*
16 *Immò in causa matrimoniali Advocatus procurans, ut causa malitiose differatur, vel ut matrimonium non sortiatur effectum, excommunicatur.*
17 *Advocato non licet pacisci cum suo Cliente de quota litis, id est, de dimidia, tertia, vel quarta parte ejus sibi atribuenda, si causam reportaverit.*
18 *Nec ipsi Advocato licet pacisci cum Cliente de pretio post incobatam litem, sed vel ante captam, vel post finitam.*
19 *Nec ipsi Advocato licet cum Cliente aliquem contractum inire.*
20 *Nec ipsi Advocato licet alienas lites redimere, & causas litigiosas emere.*
21 *Nec ipsi Advocato licet convitiis, & probris Advocatum partis adversæ onerare*
22 *Et pro talibus convitiis, & excessibus possunt puniri à Judice, & maximè si etiam in ipsum injurias effuderint.*
23 *Nec ipsi Advocato licet pro arbitrio pretium exorbitans à Cliente exigere, sed solùm moderatum, prout à lege taxatum, vel si non est taxatum à lege, juxta praxim fori, & regionis, attenta magnitudine, & parvitate causæ, & laboris.*
24 *Advocatus tenetur egenis in extrema, vel gravi necessitate gratis patrocinari, aliàs si requisitus recuset, graviter peccat ratione debitæ charitatis.*
25 *Immò ad hoc potest à Judice compelli sub pœna pecuniaria, & etiam privationis officii.*
26 *Hoc autem intellige, ubi non reperitur deputatus, & stipendiatus proprius Advocatus pauperum.*
27 *Non tenetur tamen Advocatus pauperum patrocinium præstare gratis viduis, & pupillis, si sint divites.*
28 *Nec ipse, sicut nec alii, tenetur esse Laureatus.*
29 *Advocatus antequam causam patrocinandam suscipiat tenetur examinare ejus æquitatem, & probabilitatem, & sincere, prout eam cognoscit, indicare suo Clienti, aliter si falsa promissione, vel inani spe victoriæ ad expensas inducat, nec ei aperiat periculum litis perdendæ, quo cognito Cliens litigaturus non fuisset, tenetur ad restitutionem.*
30 *In causis autem probabilibus & dubiis quoad utramque partem potest suscipere patrocinandam quam maluerit, etiam minus probabilem, dummodo moneat Clientem de minori probabilitate.*
31 *Addit. ex aliena manu*, ad num. 53.
54 *Privilegia Advocatorum Consistorialium*, ad numer. 57.

1 Advocatus non potest suscipere patrocinium causæ, quam cognoscit esse injustam, *l.* Rem non novam §. Advocati, *cod. de judiciis.* Et si eam suscipit, graviter pec-
2 cat, & tenetur ad restitutionem pecuniæ acceptæ à suo Cliente, & damni contra justitiam causati parti adversæ; Et ratio est clara, quia agit contra conscientiam patrocinando causam injustam, quam si talem sciret Cliens, non produceret, nec pecuniam insumeret, nec pars adversa injuste gravaretur, adeoque cum totius utriusque partis damni causa sit ejus aviditas lucri temporalis, sequitur manifeste eum teneri ad integram restitutionem. Et sic expressè tenet S. Augustinus *epist.* 153. *alias* 54. *n.* 25. in qua Advocatum alloquens ait: *Redde quod accepisti,*

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.N.L.

quando contra veritatem stetisti, iniquitate adfuisti, judi-
cem fefellisti, justam causam oppressisti, de falsitate vi-
cisti. Sic S. Thomas 2. 2. *quæst.* 71. *art.* 3. *in corpore;*
3 S. Antonin. & alii communiter. Si autem causa Clientis
à principio videbatur Advocato justa, vel saltem proba-
bilis, aut dubia, & in progressu cognoscat esse injustam,
tenetur statim eam deserere, & Clientem suum inducere,
ut à lite desistat, aut cum parte adversa componat, abs-
que tamen ejus damno. *L.* rem non novam §. patroni,
cod. judiciis. Et sic tenet expressè S. Thom. 2. 2. *q.* 71.
art. 3. *ad* 2. S. Raymundus *in sum. lib.* 2. *tit.* 5. § 39.
S. Joannes Capistranus *tit.* 1. *tract. Speculum conscien-*
tiæ intitulato §. restat ultimum *num.* 29. S. Antoninus
cum communi. Dicitur signanter absque tamen ejus dam-
no, quia Advocatus non potest suadere compositionem
cum damno partis adversæ, quando certe cognoscit cau-
4 sam esse injustam; compositio enim habet locum, quan-
do res est dubia; aliter peccaret, & ad restitutionem te-
neretur, quia daret causam damno, quod ex tali compo-
sitione, seu transactione alteri parti justam causam defen-
denti emergeret; compositio enim, vel transactio non fit
nisi aliquo dato, & retento, vel remisso, quod datum,
& retentum, seu remissum in tali compositione consulta
ab Advocato suo clienti causam injustam foventi esset pe-
nitus injuste ablatum ab alia parte causam justam tuenti,
adeoque restituendum. (*Leg.* 11. 13. & 15. *tit.* 6. *p.* 3.
leg. 1. & 12. *tit.* 19. *lib.* 2. *Ord. Reg. leg.* 2. & 22. *tit.* 16.
lib. 2. *Recop. Castel.* & *leg.* 3. *tit.* 24. *lib.* 2. *Ind.*)
5 Advocatus, qui propter negligentiam, suam igno-
rantiam, vel imprudentiam, causam à se suceptam malè
defendit, tenetur etiam ad restitutionem, quia causæ pa-
trocinium suscipere non debet, nisi sit ad id idoneus, &
debitam tali causæ curam afferat, ut expressè habetur *in*
cap. Si quis *fin. de injuriis, & damno dato lib.* 5. *tit.* 36.
ubi Greg. IX. habet præcisè hæc verba: »Si culpa tua
datum est damnum, vel injuria irrogata.... aut hæc imperi-
tia tua, sive negligentia evenerunt: jure super his satis-
facere te oportet; nec ignorantia te excusat, si scire de-
buisti, ex facto tuo injuriam verisimiliter posse continge-
re vel jacturam. Sic tenet S. Thomas 2. 2. *q.* 71. *art.* 3.
S. Raymundus *in summ. lib.* 2. *tit.* 5. §. 39. S. Bernandinus
Senensis *serm.* 35. *in Dom.* 4. *Quadr. c.* 4. *tom.* 1. & alii
6 comm. Ipse enim Advocatus mortaliter peccat, si cum non
sit idoneus, officium advocati exerceat, *leg.* Nemini, *ff.*
7 *de Advoc.* Sicuti etiam mortaliter peccat, & ad restitu-
tionem tenetur si causam sui clientis pro viribus non de-
fendat, & omittat negligenter, aut malitiosè adducere
jura, & fundamenta ad causam facientia, & necessaria,
cum ad hoc ex justitia sit strictè obligatus vi sui officii;
& reccepti salarii, *L.* Properandum, §. Illo procul dubio,
cod. de judiciis, & *leg.* Advocatus, *cod. de Advoc. divers.*
judicior. & *cap.* Irreligiosum *dis.* 87. ubi Gelasius Papa
similia sic habet: *Irreligiosum prorsus, & execrabile judi-*
camus, si quisquam, vel extraneos in sua tuitione suscep-
tos non omni fide, & tota animi sui educaverit sanctitate.
(*Leg.* 10. *al fin, tit.* 10. *lib.* 1. *For. Reg. leg.* 15. *in prin-*
cip. tit. 6. *part.* 3. *leg. proximè citata* 12. *Ord. Reg.* pro-
pe medium. *Leg.* 6. *tit.* 16. *lib.* 2. *Recopil. Castel. leg.* 4.
tit. 24. *ejusd. lib. Ind.* Conducunt quæ decernuntur circa
Judices, *leg.* 2. *tit.* 2. *lib.* 2. *For. Reg. leg.* 24. *tit.* 22.
part. 3. *leg.* 52. *tit.* 14. *part.* 5. Vide *verb.* Judex.)
¶ Advocatum tamen in foro conscientiæ non teneri
de culpa levi, atque adeo, si contingat eum causa cadere,
eo quod non præstiterit quod doctissimus, & diligentis-
simus quisque præstitisset, dummodò præstiterit quæ so-
lent diligentes, & docti in similibus causis, non teneri
ad restitutionem affirmant Lessius, *lib.* 2. *c.* 7. *d.* 7. *n.* 31.
& 32. Azor. *part.* 3. *lib.* 13. *cap.* 29. *dub.* 5. Malderus
in 2. 2. *tract.* 6. *cap* 3. *dub.* 10. Fernand. *in exam. theol. mor.*
lib. 4. *q.* 44. *n.* 2. Graff. *dec. part.* 1. *lib.* 3. *c.* 8. *n.* 4.
Navarr. *in manual. cap.* 25. *n.* 28. Rodriq. *in summ. tom.* 1.
c. 6. *n.* 6. Ortiz *in summ. cap.* 8. *n.* 3. Turrian. *tom.* 2.
in 2. 2. *disp.* 11. *dub.* 4. *n.* 3. & 5. & alii. Multi contra-
rium docent; sed si eorum sententia esset tenenda, *væ, væ,*
væ Advocatis exclamat P. Diana, *p.* 2. *tract.* 15. *res.* 59. ¶
Advocatus, qui contra debitam fidelitatem detegit 8
adversario decreta, & fundamenta causæ sui clientis,
peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem, si propter
hoc cliens perdidit causam, quam sine tali detectione
fuisset victurus, *cap.* Si quis *de cler.* 12. *quæst.* 2. Immò 9
advocatus aperiens adversario secretas scripturas, & alia
secretæ causæ sui clientis, dicitur falsarius; *leg.* 1. §. Is,
qui deposita *ff. ad leg. cornel. de falsis*, & ut falsarius
est puniendus, *leg.* Si quis aliquid §. Si quis instrumen-
tum *ff. de pœnis.* Sic graviter peccat advocatus utrique 10
parti simul, & semel inserviens pro eadem causa, quia
repugnat, ut utramque partem æque defendat, necesse
enim esset, ut vel secreta unius partis alteri revelaret,
illamque ex propriis suis secretis documentis impugna-
ret, vel neutri parti specialiter assistendo, causam mali-
tiosè protraheret, contra *leg.* Quisquis vult, *cod. de ad-*
voc. Immò talis advocatus haberetur, ut prævaricator. *l* 1.
cod. de advoc. divers. judic. & *leg.* 1. *de prævaricatori-*
bus (*leg.* 3. *tit.* 9. *lib.* 1. *For. Reg. leg.* 9. & *fin. tit.* 6.
part. 3. *num.* 8. *verb.* Advocatus, *art.* 1. *jam citatis. l.* 8.
tit. 19. *lib.* 2. *Ord. Reg. leg.* 13. & 17. *tit.* 16. *lib.* 2.
Recop. Castell. leg. 11. *tit.* 24. *lib.* 2. *Indiar.*) Peccat
etiam, si in eadem causa velit esse advocatus, & judex, 11
quia debet inter utrumque esse differentia personalis,
cum duo officia contraria in eadem causa eidem exer- 12
cère non liceat, *leg.* Quisquis vult *cod. de Advoc.*
(*Leg.* 6. *tit.* 18. *lib.* 2. *Ord. Reg. leg.* 15. *tit.* 19. *leg.* 3.
& 10. *ejusd. tit.* & *lib. præcedent. Ord. Remis.* 4. *tit.* 16.
cum leg. 27. *tit.* 4. 18. *tit.* 5. *lib.* 2. *Recop. Castel.*) Item 13
peccat graviter Advocatus adducens scienter falsas leges,
vel abrogatas, vel leges bonas malitiosè in falsos sensus
detorquens, falsas scripturas, aut falsos testes producens,
immò scienter utens falsis pro veris, falsi crimen incur-
rit. *cap.* Dura sæpè, & seq. *de crimine falsi,* & *l.* 2. *ff. ad*
legem corneliam de falsis. ✲ Item peccat Advocatus 14
plures causas accipiens, quam juxta vires expedire possit,
nisi clientes de hoc moniti, attenta eximia Advocati peri-
tia,

✲ Falsas non posse adducere leges, est per quam manifestum; venit tamen discretio facienda inter casum in quo scriptis inserantur, vel voce in tribunali pro sui clientis sententia, animum Judicis informet: neutro erunt falsæ adducendæ: nec licèt sint veræ, in primo allegabunt; prohibitus equidem est talis advocandi modus, ut longa petitionis evitetur scriptura. (1).

Relata dispositio in tribunalibus præcipuè superioribus, & inferioribus, ubi illa consistunt, præ oculis habetur; in ceteris vero, secus: in his enim quotidiè demonstrat experientia, non solum allegationes, & in scriptis hujus regni legum extensiones, sed quod magis demiratur, Romanorum etiam, quæ à nobis tales haud considerantur, sed dicta tantum sapientium. (2)

(1) *L.* 4. *tit.* 16. *lib.* 2. Porque algunos Abogados, y Procuradores por malicia, y por alongar los pleytos, y llevar mayores salarios de las partes hacen muchos escritos luengos, en que no dicen cosa de nuevo :: y aun disputan, alegando leyes, y decretales, y partidas, y fueros, porque los procesos se hagan luengos :: y otrosi defendemos, que en el proceso no disputen los Abogados, ni los Procuradores, ni las partes principales, mas cada una simplemente ponga el hecho en encerradas razones, y concluso, entonces cada una de las Partes, ó Abogados, ó Procuradores por palabra, ó por escrito ante de la sentencia informe al Juez de su derecho :: Pero por esto no negamos á las partes, ni á sus Procuradores, y Abogados, que todo tiempo, que quisieren, informen al Juez por palabra, alegando todos aquellos derechos, que entendieren, les cumplen: y porque esta Ley es justa, mandamos, que sea guardada ::

(2) *Auct. Ac.* 1. *tit.* 1. *ejud. ibi*: Siendo así que las Civiles no son en España Leyes, ni deben llamarse asi, sino sentencias de sabios ::

15 tia, sint contenti. Et graviter peccat, & ad restitutionem
tenetur, si cum præjudicio clientum causarum expedi-
tiones notabiliter ipsis invitis differat, vel falsis cavilla-
tionibus innixus quærat superfluas, & non necessarias
dilationes in gravamen partis, *l.* Quisquis vult. *cod. de*
Advoc. & *l.* Properandum, §. Illo proculdubio *cod. de Ju-*
16 *dic.* Immò in causa matrimoniali Advocatus procurans ut
causa malitiosè differatur, vel ut matrimonium non sor-
tiatur effectum, excommunicatur. Concil. Oxon. *cap.* 4.
17 Advocato non licet pacisci cum suo cliente de quota
litis, id est, de dimidia, tertia, vel quarta parte ejus sibi
attribuenda, si causam reportaverit, aut vicerit, quia
propter malas artes, quibus uti posset Advocatus ad re-
portandam causam spe aliquotæ conventæ illectus, sic
pacisci gravissimè prohibetur, *l.* Sumptus 53. *ff. de pactis,*
leg. Si qui Advocator. *cod. de postulando,* & *cap.* Infa-
mes, §. Arceantur 3. *quæst.* 7. (*Leg.* 5. *tit.* 9. *lib.* 1. *For.*
Reg. leg. 14. *tit.* 6. *part.* 3. *leg.* 5. & 9. *tit.* 19. *lib.* 2.
Ord. Reg. leg. 8. *tit.* 16. *lib.* 2. *Recop. Castel. leg.* 7.
tit. 24. *lib.* 2. *Indiar.*) ¶ Diana *part.* 2. *tract.* 16. *re-*
sol. 49. hæc subjungit, *Dico igitur, communem opinio-*
nem negantem procedere in foro exteriori, non autem in
foro conscientiæ, ubi Deus est ille, qui videt veritatem
& non respicit præsumptionem, super quam fundantur
leges prohibentes pactum inter advocatum, & clientem
de quota litis. Ergo quoties deficit præsumptio fraudis, &
injustitiæ, leges istæ non obligabunt. Idem sentiunt Vic-
torellus *in Manual.* Navar. *cap.* 25. *num.* 30. Joan. Vale-
rus *in dissert. utr. fori, verb.* Contractus, *differ.* 3. Ho-
mobon. de Bonis *de statibus part.* 2. *cap.* 4. *num.* 5. &
hanc opinionem probabilem putat Zanardus *in direct. con-*
fess. part. 2. *præcept.* 3. *cap.* 34. *quæst.* 8. ubi contrariam
sententiam, quam ipse tenet, vocat tantum tutiorem. ¶
18 Nec ipsi Advocato licet pacisci cum cliente de pretio
post inchoatam litem, sed vel ante cœptam, vel post fi-
nitam; quia postquam suas scripturas, & fundamenta ip-
si aperuit, cogetur quolibet pretio stare ne prodatur, *ca-*
19 *pit.* Infames 3. *quæst.* 7. Nec ipsi Advocato licet cum
cliente aliquem contractum inire, *leg.* Quisquis vult, *cod.*
de Advoc. & *cap.* Infames 3. §. Præterea 3. *q.* 7. quia
cliens durante lite contrahens cum Advocato contractum
v. gr. emptionis, vel venditionis, facile cogeretur contra-
here cum suo præjudició propter timorem litis perdendæ,
sicuti ægrotus cogeretur cum suo damno contrahere cum
Medico propter timorem perdendæ vitæ, si in casu repul-
sæ à Medico sibi irato relinqueretur; *arg. leg.* Medicus,
20 *ff. de variis, & extraord. cognit.* Nec ipsi Advocato licet
alienas lites redimere, & causas litigiosas emere: *leg.* Si
qui 5. *cod. hoc tit.* & *cap. ultim. de alienat. judic. mutan-*
di causa: quia sic litigiosus Advocatus lucri cupidus
facile suscitaret intricatas aliorum causas, fortè à princi-
palibus numquam intendendas, unde pax inter homines
& tranquillus reipublicæ status continuè perturbare-
tur, cum non parvis modo horum, modo illorum vexa-
tionibus. Nec ipsi Advocato licet convitiis, & probris 21
Advocatum partis adversæ onerare, *leg.* Quisquis vult,
cod. hoc tit. & §. Arceantur, ubi dicitur, quod tales con-
vitiosi Advocati apud prudentes, & graves viros suam
opinionem imminuant, & causam clientis non parum
vulnerent, & infirment. Et pro talibus convitiis, & ex- 22
cessibus possunt puniri à Judice, & maximè si etiam in
ipsum injurias effunderent, *arg. cap.* 1. *de pœnis in* 6. &
leg. Nullum 14. *cod. de test.* Nec ipsi Advocato licet pro 23
arbitrio pretium exorbitans à cliente exigere, sed solum
moderatum, prout à lege est taxatum, vel si non est ta-
xatum à lege, juxta praxim fori, & regionis attenta mag-
nitudine, vel parvitate causæ, & laboris: *leg.* Quisquis
vult, *cod. hoc tit.* & *cap.* Infames, §. Apud urbem 3.
quæst. 7. (Licèt hispaniæ non discrepent leges ab Aucto-
ris doctrina, in quantum asserit, non licère Advocato
convitiis adversam partem fatigare, aut contra eam pro-
bra referre; *leg.* 5. *tit.* & *lib. For. Reg. proximè citat.*
leg. 7. *tit.* 6. *part.* 3. *leg.* 12. *tit.* 19. *lib.* 2. *Ord. Reg.*
iri confessum videbatur causam non inveniri, ¿cur quo-
cumque in tempore Advocatus pacisci super honorario
haud poterit, cum experientia demonstret, istud de per
se, dum laborem impendit, esse solvendum? toties quoties
conficiuntur libelli, pactum super illo intercedit¡ tamen
quando conformes inveniuntur cum ejusdem doctrina le-
ges, quibus vassalli Regis Catholici præstare obedientiam
tenemur, scilicet *leg.* 1. *tit.* 9. *lib* 1. *For. Reg.* 10. *tit.* 6.
part. 3. *leg.* 5. *tit.* 19. *lib.* 2. *Ord. Reg. leg.* 7. *tit.* 16.
lib. 2. *Recop. Cast. leg.* 6. *tit.* 24. *lib.* 2. *Ind.*, suum
cuique est tribuendum.
An impediatur lites in se Advocatum suscipere, aut
rei litigiosæ alienationi consentire, necne, sumo studio
& cautela est procedendum; in memoriam retineantur
dispositiones *in leg.* 30. *tit.* 2. *leg.* 13. 14. 15. & *tit.* 7.
part. 3. ubi casus discernuntur.)
Advocatus tenetur egenis in extrema, vel gravi ne- 24
cessitate gratis patrocinari, aliàs, si requisitus recuset,
graviter peccat ratione legis debitæ charitatis: *Est comm.*
DD. Immò ad hoc potest à Judice compelli sub pœna pe- 25
cuniaria, & etiam privationis officii per tex. *in leg.* Pro-
videndum 7. *cod. hoc tit.* & in statu ecclesiastico est hoc
expresse præceptum à Paulo V. *constit.* 71. *incipient.*
Universi. Et hoc intellige, ubi non reperitur deputatus, 26
& stipendiatus proprius Advocatus pauperum, quia ubi
adest, non tenentur alii; cum ipse teneatur ex justitia,
& officio ratione stipendii, & privilegiorum, & maximè
privilegii fori, quo gaudet etiamsi sit laicus, ut declara-
vit Sacra Congregatio immunitatis in *Beneventana* 20. *Jul-*
lii 1655. ✲ Non tenetur tamen Advocatus pauperum pa- 27
trocinium præstare gratis viduis, & pupillis, si sint divi-
tes, quia censetur deputatus, & stipendiatus solum pro
pauperibus, ut tenet Pirhing. *in jus canon. tom.* 1. *lib.* 1.
tit. 37. § 1. *assert* 3. Sperell. *decis.* 256. *n.* 31. & alii
passim. Nec ipse, sicuti nec alii, tenetur esse Laureatus;
Ad-

✲ Non est sustinendum, Advocatum pro pauperum defensione stipendiatum fori privilegio gaudère, neque immunitate in Hispania ab oneribus: primo in casu, Advocati præ requisitis ad fori privilegium consequendum præscriptis carent, de quo infra. (1) In secundo, contrarium apertè deciditur: cum hæc immunitas sit restricta, solumque Doctoribus, & Licenciatis Universitatum Salmantinæ, Vallisoletanæ, Complutensis, atque illis, qui hujusmodi lauream in Collegio Bononiensi, vulgò *de los Españoles* sint adepti, largiatur: (2) similis decisio non videbatur neces-

(1) Vide *verb.* Clericus.

(2) *L.* 8. *tit.* 7. *lib.* 1. Porque por experiencia se ha visto, que la multitud de Letrados, que se han hecho, y hacen Doctores, y Maestros, y Licenciados, asi en los Estudios, que nuevamente se han hecho en estos reynos: queriendo, como se quieren libertar por razon de esto de los pechos, y contribuciones, en que debian contribuir, sino fueran asi graduados, se han seguido, y siguen muchos inconvenientes, y daños en perjuicio del estado de los pecheros: por ende queriendo refrenar la dicha desorden, ordenamos, y mandamos, que de aqui adelante de la libertad, y exencion, que á los tales es concedida por leyes de estos reynos, solamente gocen los que han sido, y fueren graduados por examen riguroso en las Universidades de Salamanca, y Valladolid, y los que fueren Colegiales graduados en el Colegio de la Universidad de Bolonia, y no otros. *Leg.* 9. *ejusd. ibi*: Otrosi, por quanto por parte de la Universidad del Estudio, que reside en la Villa de Alcalá de Henares, nos fue pedido que ellos tienen privilegio :: para gozar de los privilegios de que goza la Universidad de Salamanca :: tuvimoslo por bien; y por la presente declaramos, y mandamos, que los Doctores, y Maestros, y Licenciados, que en la dicha Universidad de Alcalá se han graduado, y graduaren en santa Teología, y Cánones, y Medicina, gocen de los privilegios, y preeminencias, que de Nos, y de los Reyes Católicos, que santa gloria hayan, tienen, y le han sido concedidos, bien, y asi, y tan cumplidamente como por la ley antes de esta mandamos :: Vide *verb.* Magister, *in fin.*

L.

BIBLIOTECA CENTRAL

Advocati enim officium requirit solam doctrinam, non Doctoratum, Rota Rom. *part.* 18. *tom.* 1. *decis.* 357.
29 *n.* 10. & 11. Advocatus, antequam causam patrocinandam suscipiat, tenetur examinare ejus æquitatem, & probabilitatem, & sincere, prout eam cognoscit, indicare suo clienti; aliter si falsa promissione, vel inani spe victoriæ ad expensas inducat, nec ei aperiat periculum litis perdendæ, quo cognito cliens litigaturus non fuisset, tenetur ad restitutionem, ut communiter tenent DD. In causis autem probabilibus, & dubiis quoad utramque partem, potest suscipere patrocinandam, quam maluerit, etiam minus probabilem, dummodò moneat clientem de minore probabilitate, quia utraque pars habet jus producendi sua fundamenta in judicio, & sic Advocatus jus utramque patrocinandi; non enim semper est verius, quod videtur probabilius, & fortasse aliud poterit esse judicium Judicis, cum sæpe causa, quæ uni minus probabilis, alteri probabilior appareat. Sic tenent communiter DD. Vide *verb.* Privilegium, *art.* 1. *in fin.* (*Consonant leg.* 1. *jam cit. For. leg.* 6. *tit.* 6. *part.* 3. *leg.* 14. *tit.* & *lib. Ordin. animadvers. leg.* 20. *Styli. leg.* 6. 16. 28. & 23. *tit.* 16. *lib.* 2. *Recop. Cast. cum leg.* 12. *prope med. tit.* 19. *lib.* 2. *Ord. Reg.* 10. *ad fin. tit.* 10. *lib. For. Reg.*) ¶ Nequit tamen Advocatus proferre jus sui clientis, ut certum, si solum est probabile, maxime si sit Advocatus celebris, cujus dicto stare judicem timeatur, indeque non trutinaturum fore probabilitatem utriusque partis.¶

30 ☞ Quid licitum, vetitumve sit Advocatis vel ratione sui officii, & suæ personæ, vel clientis, vel adversarii, vel causæ: consule Strykium, *dissert. jurid. tom.* 2. *disp.* 13. *per tot.*

31 Ut homines eo magis incitarentur ad munus Advocatiæ capessendum, multa commoda & privilegia sunt concessa Advocatis. Ea Strykius *dissert. jurid. tom.* 1. *disput.* 15. *per tot.* & Schimier *in jurisp. canonic. civil. lib.* 3. *tract.* 1. *cap.* 2. *sect.* 3. §. 6. ad duo genera revo-
32 cant, nempe ad personalia, & realia. Privilegia *personalia*,
33 quæ scilicet magis personam, quam patrimonium spectant sunt I. Nobilitas *arg. leg.* Providendum 7. *cod. de postul.*
34 *leg.* Cum advoc. 8. *cod. de Advoc. divers. judic. leg. ult. cod. de decurion.* II. Participatio privilegiorum militarium *arg.* 1. *Advocati* 14. *cod. eodem*, illis exceptis, quæ ob ig-
35 norantiam militibus concessa sunt. III. Immunitas à tortu-
36 ra, argumento à militibus deducto ex *leg.* Miles 8. *cod. de quæst.* IV. Immunitas à carcere, in cujus locum Advocato delinquenti honestum cubile assignandum *arg. dict. l.*
37 Miles 8. V. Exemptio à pœnis, quæ magis ignominiosæ sunt, uti suspendium, fustigatio &c. *arg. leg.* Aut fac-
38 ta 16. §. 3. *leg.* Capitalium 28. §. 2. & *ult. ff. de pœnis.* VI. Quod inconsulto Principe tormentis subjici nequeunt. Mathesil. *in pract.* §. Expedita *num.* 37. Benius *de privil. Jurisconsultor. privil.* 39. *num.* 6. Saur. *in tract. de tor-*
39 *turali quæstione.* VII. Quod Advocatus fabrum mallean-

tem vicinum, vel alium opificem strepiferam artem exercentem expellere possit, ne maleorum strepitu sua perturbentur studia, Ripa *in leg.* 1. *ff. solut. matr. n.* 132. Menoc. *Arbitr. judic. quæst. caus.* 237. *n.* 3. & *seq.* Marc. *decis. part.* 1. *q.* 644. Rictor. *de privil. Aud. disput.* 3. *ad authen. habita tom.* 2. Alia etiam privilegia personalia 40
Advocatorum recenset Strykius *dict. disp.* 13. *cap.* 2. (*Conducit lex* 8. *tit.* 21. *part.* 2. & 3. *tit.* 17. *part.* 6.)

Privilegiâ realia, quæ non tam personam, quam pa- 41
trimonium respiciunt, sunt I. Immunitas ab oneribus, & 42
muneribus, realibus, & personalibus *arg. leg.* Medicos 6. *cod. de profess. med.* juncta *leg.* Grammaticos 2. *cod. eodem.* II. Exemptio, à recipiendis hospitibus, & militi- 43
bus, *leg.* Sancimus 6. *cod. de Advoc. div. judicior. leg.* Petitiones 5. §. 2. *cod. de advoc. div. judic.* Tabor. *de metat. part.* 3. §. 2. *cap.* 2. *art.* 2. §. 4. Klock *de contributione, cap.* 17. III. Prælatio filiorum, quoad officium advocati 44
supra extraneos, *dict. leg.* Petitiones 5. §. 5. Brunemanus *com. cod. ad leg.* Jubemus 4. §. 5. *de advoc. div. judic.* IV. Beneficium competentiæ, ratione cujus ultra quam 45
possum creditoribus satisfacere non tenentur, *arg. l.* Miles 6. *in princip.* & *leg.* Item miles 18. *ff. de re judic.* Dissentiunt hac in re Donellus *lib.* 27. *cap.* 9. Enenkel Baro *leg.* 2. *de privil. milit. cap.* 19. Harpreĉt. §. 38. *instit. de action. num.* 12. & 13. Sed contrariam sententiam benigniorem esse statuit Hiliger. in Donel. Enucl. *de lib.* 27. *c.* 9. *lit. N.* & hujusmodi privilegium etiam ad studiosos
transfert Rebuffus *de privil. Schol. n.* 112. V. Jus petendi 46
salarium, seu honorarium, seu stipendium impensi labo- 47
ris, *cap.* Non licet 71. *cod.* 11. *q.* 3. quod antea per legem Cinciam non licebat, qua de re adi, si vacat, eruditam dissertationem Brumeri *ad legem Cinciam.*

(Privilegia & commoda, quæ in Advocatorum favorem ex num. 30. nunc usque recensentur, non omnia in hispania sunt concessa; verum est, literatum magistros militibus comparari. *Leg.* 3. *tit.* 10. *part.* 2. & equitis nomen, legumque dominorum eis aliquo modo convenire *leg.* 8. *tit.* 31. *part. ejusd.* Sed quamquam hæc ita censeantur, exceptis immunitatibus à turtura, à carcere prout in communi, & à pœnis ignominiosis: *leg.* 4. *tit.* 29. *part.* 7. 2. *tit.* 30. *ejusd. p.* nullæ aliæ, ni fallor, per nostras hispanicas leges decernuntur; ubi clara datur harum immunitatum expressio est per dispositionem, magistros scientiarum in scholis publicis degentes & docentes amplectentem; *vide add. hisp. immediatè sup. cit. l.* 8. *tit.* 31. *part.* 2. quod sint à personalibus oneribus publicis, vulgo *Concejiles*, tamquam scientiæ professores, per *Regiam Provisionem* inter alias, volente Advocato quodam, munera ad nobiles solum concessa obtinère, 25. *Januar. anno* 1762. expeditam, ad justitiam oppidi hispano sermone *la Villa de Belmonte* directam, demonstratur, & per eamdem asseritur, propter Advocatiæ exercitium nobilitate non gaudère; *conducunt leg.* 14. *tit.* 3. 21. *l.* 4. *lib.* 4. *Ord. Reg. leg.* 7. *tit.* 4. *lib.* 6. *Recop. Cast.* nihil

cessaria, eò quod erat signanter provisum, Baccalaureum in quolibet, tali immunitate non gaudère, nullique ex secularibus esse concessam, nisi titulum, exemptionisve causam ostenderit. (1)

Quidquid sit, circa honorarii prærogativam in Advocatiæ exercitio, dum de prælatione creditorum disceptatur: (quod rationi consonum videtur) non semper talis prærogativa est attendenda, quoniam triennio à die debiti transacto, actio dummodò super eam intra idem lis contestata non fuerit, manet extincta: (2) non judicatur hoc honorarium diversimodè quoad actionis præscriptionem à famulorum mercede, ratione servitii, aliorumque officialium reipublicæ; (3) tamen consideret debitor, quod nisi solutione, aut remissione creditoris obligatio regulariter non tollitur: per consequens, etiamsi jure fori compelli forte non possit, non meretur jure Poli excusationem.

(1) *L.* 2. *tit.* 14. *lib.* 6. Ordenamos, que los que son Bachilleres en derecho canónico, ó civil no se escusen, ni puedan escusar de contribuir, y pechar en pedidos, y monedas, y otros pechos reales, y concejiles.

(2) *L.* 32. *tit.* 16. *lib.* 2. Mandamos, que los Letrados, Procuradores, y Solicitadores solamente puedan pedir de los salarios, que corrieren de aqui adelante, lo que se les debiere de los tres años, que ultimamente hubieren pasado; y que lo demas que hubiere corrido, no sean las partes obligadas á pagarlo, no habiendose contestado demanda sobre ello antes que hayan pasado tres años despues que el dicho salario se hubiere debido.

(3) *L.* 9. *tit.* 15. *lib.* 4. Mandamos que los que ovieren vivido con qualesquier personas destos reynos, sean obligados á pedir lo que pretendieren que se les quedare debiendo del salario, y acostamiento, que tuvieren de sus Señores, ú otro qualquier servicio, que les hayan hecho, dentro de tres años despues que fueren despedidos de los tales señores; y que pasados aquellos no lo puedan mas pedir, excepto si mostraren haberlo pedido dentro de los dichos tres años à los dichos sus señores, y ellos no se lo hayan pagado, ni satisfecho; y esto mismo mandamos, que se entienda, y estienda á los Boticarios, y Joyeros, y otros oficiales.

hil est equidem super hoc demorandum: nam etsi eorum sit laudabile officium, *sic indicat proœmium tit.* 6. *p.* 3. & propter honorem, quem hujus artis professores adipiscuntur, quod laboris similis ratione solvitur, hodiè præcipuè honorarii denominationem accipiat, dum aliud dispositum non reperiatur, non debent vassalli Regis Catholici doctrinæ dictis num. adnotatæ insistere.)

48 Circa salarium multæ prærogativæ Advocatis competunt. Prima est, quòd salarium possint exigere, etsi nihil de eo conventum sit, in ea quantitate, quam pro modo litis, Advocati facundia, & fori consuetudine præstari æquum est, *leg.* Præsses. 1. §. 10. *ff. de extraord. cogn.* (*Leg.* 14. *jam citata*, *part.* 3. *tit.* 6. *leg.* 9. *usque ad* 12.
49 *inclusivè tit.* 16. *lib.* 2. *Recopil. Castel.*) Secunda, quod adnumeretur peculio quasi castrensi, *leg.* Fori 5. *leg.* Cum advocatio 8. *cod. de adv. div. judicior.* (*Leg.* 2. *propè med. tit.* 2. *part.* 3. *leg.* 6. & 7. *tit.* 17. *part.* 4.) Tertia,
50 quod integrum debeatur Advocato, si per eum non steterit, quominus operam suam clienti usque ad finem litis exhibuerit; ut si infirmitate correptus, aut omninò mortuus fuerit, *dict. leg.* Præses 1. §. 13. *ff. de extraord. cogn.* cui suffragantur textus *in leg.* Sed addes 19. §. *ult.* & *leg.*
51 Qui operas *in pr.* & §. 1. *ff. locati*; & sic salarium initio anni solutum ob causam supervenientem ab hæredibus repeti non potest, Antonius Faber *in rational. ad leg.* Qui operas *ff. locati*, Gail. *lib.* 1. *obs.* 44. *num.* 12. Magon. *in Cynos. Advoc. cap.* 9. *num.* 28. Sunt qui prærogativam hanc solis Advocatis Fisci tribuunt; sed ad Advocatos omnes ea extenditur ab Hiligero in Donel. *lib.* 18. *cap.* 13. *lit. KKK.* Carzp. *part.* 2. *decis.* 136. *num.* 20. & *seqq.* Gail. 1. *obs.* 43. *num.* 12. Mer. *ad jus Lubecens. lib.* 3. *tit.* 8. *not.* 7. *n.* 28. (*Leg.* 9. *tit.* 8. *p.* 5. *conducit*
52 *lex* 44. *tit.* 14. *ejusd. part.*) Quarta prærogativa, quòd posthæbitis reliquis creditoribus prius sit numerandum, exemplo ejus per quod res est meliorata, Jason. *in leg.* 2. *num.* 51. *ff. solut. matrim.* Alciatus *præs.* 43. *reg.* 3. *n.* 8. At hæc prærogativa quando locum habeat necne, vide Strikium *dict. disp.* 15. *cap.* 3. *num.* 9. Carpzov. *jurisp. for. part.* 1. *cap.* 28. *def.* & 36.
53 De delictis, quibus advocati se privilegiis indignos reddunt, consule Strikium, *dict. disp.* 15. *c.* 4. *per tot.*

ADVOCATI CONSISTORIALES.

54 * Advocatorum consistorialium privilegia & jura in unum colliguntur; eorum collegii antiquitas & decus asseritur; eorum duodenarius numerus, ex quibus constare debeat, declaratur: Munus Advocati consistorialis quomodo vacet, demonstratur. Eorum collegio reservatur jus præsentandi tres Advocatos Summo Pontifici in casu vacationis. De eorum præcedentiis, & habitu, ac antianitate, & de jure optandi ad Decanatum, statuitur à Benedicto XIV. *tom.* 2. *constitut.* 106. *incip.* Inter conspicuos, §. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.

55 Advocati Consistoriales sunt veri Papæ familiares. Ad eos pertinet causas consistoriales pertractare. In causis Beatificationis, & Canonizationis scribere in jure, easdemque causas in Consistorio perorare: In solemniis Canonizationum instantias proponere; Pallium petere pro Archiepiscopis, aliisque. Ad ipsos spectat regimen Archigymnasii Urbis: Privativa facultas in Urbe doctorandi in utroque, vel altero jure ipsis asseritur, cum extinctione litis inter eosdem, & Protonotarios Apostolicos. Eorum collegio perpetuo addita sunt munera Promotoris fidei, Advocati pauperum, Advocati fisci, & Cameræ Apostolicæ, Advocati Fabricæ S. Petri, Advocati S. P. Q. R. Comissarii Conclavis Sede Apostolica vacante: Eisdem conceditur oratorium domesticum, & facultas condendi statuta, ac removendi Officiales Collegii. Id. *in cit. const. incip.* Inter conspicuos *à* §. 9. *ad* 35.

56 Advocatorum Consistorialium Decanus in actibus collegialibus præcedit omnibus de collegio etiam personali dignitate præstantibus. Id. *tom.* 1. *constit.* 98. *incip.* Inter plures §. 16.

57 Advocati Fisci, & Cameræ Apostolicæ officium incompatibile imposterum decernitur cum officio Promotoris Fidei. Id. *in citat. const.* Inter conspicuos §. 32. Advocatus Fisci & Cameræ Apostolicæ & Advocatus pauperum abstinere debent à patrocinandis alterius generis causis. Id. *ibid.* §. 33.

ÆQUIVOCATIO, seu amphibologia. Vide *verb.* Accusatus *à num.* 31. *ad* 43. & *verb.* Juramentum *art.* 1. *à num.* 13. *ad* 26. *ad verb.* Restrictio mentalis *per tot.*

ÆTAS.

SUMMARIUM.

1 Ætas incipit à die nativitatis, non autem à die Baptismi.
2 Juristæ septem ætates hominis distinguunt, quæ assignantur.
3 Ætas pro prima tonsura, & Ordinibus Minoribus requisita assignantur.
4 Ætas pro Subdiaconatu, Diaconatu, Presbyteratu requisita assignatur.
5 Anni requisiti pro dictis tribus sacris Ordinibus sufficiunt incepti.
6 Pro Episcopatu requiruntur anni triginta completi. In regno tamen Galliæ ex Concordatis sufficit, ut eligendus Episcopus inchoarit 27. annum.
7 Pro Cardinalatu ex Tridentino requiritur eadem ætas, quæ requiritur pro Episcopatu, etiamsi essent Cardinales Diaconi. Ex Sixto V. tamen in Diaconum Cardinalem assumi potest, qui saltem in 22. suæ ætatis anno fuerit constitutus.
8 Pro Papatu nulla certa ætas reperitur constituta.
9 Ex cap. tamen Indecorum 3. de ætat. & qualitat. præficiendor. potest deduci, quod sicuti in aliis eligendis, ita immò à fortiori in ipso requiratur ætatis maturitas.
10 Ætas requisita ad beneficium simplex obtinendum est ætas 14. annorum.
11 Si verò in fundatione beneficii sit statutum, ut illud etiam conferri possit minori quatuordecim annorum, seu Fundator expressè voluerit sufficere, quod præsentatus esset Clericus primæ tonsuræ; tunc potest sufficere etiam sola ætas septem annorum.
12 Hæc ætas septem annorum sufficit ad pensionem obtinendam, nec ad eam exigitur ætas quatuordecim annorum.
13 Ætas sufficiens ad obtinendum canonicatum in Ecclesia Collegiata est ætas 14. annorum.
14 Et hoc est intelligendum, si talis canonicatus ex sua fundatione, vel statuto, aut consuetudine, nullum requirat sacrum ordinem; aliàs providendus deberet habere ætatem requisitam ad illum sacrum ordinem.
15 Et hæc ætas quatuordecim annorum sufficit etiam in Collegiata, in qua spectat cura animarum Canonicis non uti singulis, sed uti unitis.
16 Et adhuc hæc ætas 14. annorum sufficit, etiam ad obtinendam dimidiam pensionem in Ecclesia Cathedrali.
17 Ætas requisita ad dignitates quascumque, quibus subest cura animarum, seu ad beneficia curata, est ætas 25. annorum saltem inceptorum.
18 Et hæc ætas 25. annorum inceptorum requiritur etiam ad dignitatem Ecclesiæ Cathedralis, cui sit distributio missæ cantatæ per turnum infra hebdomadam.
19 Hæc autem ætas 25. annorum inceptorum non exigitur, nec est necessaria, quando dignitati, vel canonicatui cura animarum non subest principaliter, sed solum accessoriè est ipsi unita.
20 Ætas requisita ad dignitates, vel personatus, quibus nulla subest cura animarum in Cathedralibus, est ætas 22. annorum.
21 Hi 22. anni debent esse taliter completi, ut neque Episcopus possit in hoc dispensare.
22 Ad Canonicatus Cathedralis, ubi est facta distributio Sacrorum Ordinum, requiritur illa ætas, quam exigit ordine Canonicatus.

BIBLIOTECA CENTRAL